



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

Caput XIV. De Sacramentis in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

ædificationem : banc autem plenitudinem Sæcul. XVI.
potestatis sic videtur Christus Petro, A.C. 1548.
ejusque successoribus dedisse , ut reliquis
Episcopis partem sollicitudinis ejus com-
missæ non abstulerit, sed suarum Ecclesia-
rum, & Diæcœsum veros jure divino
Episcopos esse voluerit : debent autem
Christiani homines, & Pontifici summo,
& singulis suis etiam Episcopis parere,
juxta illud Apostoli : Obedite præposi-
tis vestris , qui vigilant pro animabus
vestris.

CAPUT XIV.

De Sacramentis in genere.

Sacramenta duabus potissimum de caussis
divina autoritate instituta sunt. Altera,
ut sint signa, & notæ quædam ma-
gnæ illius Congregationis , quæ est Eccle-
sia, in nullum enim nomen coagulari bo-
mines possunt, nisi aliquo signaculorum ,
vel Sacramentorum visibilium consortio
colligantur, quam ob rem Dominus no-
ster Jesus Christus societatem novi po-
puli , Sacramentis numero paucissimis ,
observatione facillimis , significatione
præstantissimis , colligavit : Baptismo
videlicet , Confirmatione , Eucharistia ,
Pænitentia , extrema Unctione , Ordine ,
& Matrimonio. Altera vero est , ut
non solum significant, sed etiam sanctifi-
cent ,

Sæcul. XVI. cent, & conferant invisibilem Dei gra-
A.C. 1548. tiam, non propria rerum externarum
 virtute, aut merito ministri, sed Domini
 instituentis, ac secretius operantis,
 itaque et si decet bonum esse Sacramen-
 tum ministrum, tamen malus etiam po-
 test ea utiliter dispensare.

CAPUT XV.

De Baptismo.

Joan. 3.

Gal. 3.

Hoc Sacramentum homini non minus est
 necessarium ad vitam novam, atque
 spiritualem, quam nativitas carnalis ad
 vitam naturalem. Nec salutem quisquam
 consequi potest, nisi aqua, & spiritu se-
 renatus, ut Christus ipse testatur. Hoc
 igitur Sacramentum abluit nos, sanctifi-
 cat, justificat: hoc Sacramentum facit,
 ut consequamur remissionem peccatorum
 nostrorum originalium, atque actualium.
 Hoc denique Sacramentum tale est om-
 nino, tamque salutare, ut qui eo initia-
 tur, induat Christum, ut Paulus scri-
 bit. Constat autem Sacramentum hoc
 verbo Dei, & aqua; nam simul, ac ver-
 bum ad elementum accedit, fit Sacra-
 mentum, cuius lavacro regeneramur, &
 mundamur ab omni peccato; itaque quo-
 ties aquam corpus abluentem cernimus
 foris, toties spiritum, quem non cerni-
 mus, intus plus operari cogitemus. Jam
 formam